



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

Dom. 4. post Pent. Christus docet è navi Petri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

ciendi, ut possis aliquando sanguinem data occasione pro fide Catholica profundere, quod constat sacrificium Deo esse gratissimum, ut Christus hoc ipso sermone Joan. 1. declarat dicens : *Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam ponat quis pro amicis suis.*

DOM. IV. POST PENTEC.

Christus docet è navi Petri Luc. 5.

PUNCTUM PRIMUM.

1.
Amot
verbi
Dei.

T*U* *Urba irrudente, Christus ascendit in navim Petri & in ea pusillum à terra reducta sedens docuit turbam.* Considera quanto fervore turba hæc accurrerit ad audiendum verbum Dei ; nos autem non ad audiendas pias exhortationes, sed ad audiendas nugas, & nova

2.
Procel-
læ in
Eccle-
siam.

hujus sæculi pari fervore sæpe feramur, 2. Christum docere è navi Petri, ut ostendat Romanam Ecclesiam varijs tempestatibus in mari hujus mundi agitandam, ut virtus ejus magis elutescat, & te idem passurum si in ea persistas.

3.
Doctri-
na cœle-
stis.

3. Navim reductam fuisse à terra, quia doctrina Concionatoris & vita non debet esse terrena, sed cœlestis.

PUNCTUM II.

1.
Coope-
ratio.

1. **V***T* *cessavit loqui, dixit Simoni: Duc in altum, laxate retia vestra in capturam: Et respondit. Tota nocte nihil cepimus: in verbo autem*

tem

rem tuo laxabo rete. Rumpebatur autem rete ex copia piscium. Considera Christum in concione movere corda, sed nostrum est cooperari illi, verbo & exemplo. Ducere nempe in altum, aspirare ad cœlestia & in nullo sibi parcere ad animas lucrandas. Laxare retia, id est, divinas scripturas breves verbis, sed laxas mysterijs si explicentur. 2. Nullum fructum, ex concionibus etiam magno labore factis capi, si fiant nocte, id est, in statu peccati, ad vanam gloriam, frigidè, citra voluntatem Dei & Superiorum. Si autem fiant in gratia & ad gloriam Dei, & Superiorum nutu, maximus est proventus.

PUNCTUM III.

Petro ex stupore in genua lapsa, & clamans: *Exi à me Domine, quia peccator sum,* dixit: *Noli timere, ex hoc homines eris capiens. Et relictis omnibus eum secutus est.* Considera processum Petri in sua conversione, primò commodat ex charitate Christo navem, & recipit piscibus plenam. 2. Procidit ex humilitate in genua, & constituitur piscator hominum. 3. Cupit exire à se Christum, & eo propius ad illum Christus accedit: nam relictis retibus secutus est eum, ut nunquam ab illo discederet. Sic ex parvis initijs pervenitur ad summa. 4. Vide quales debeant esse piscatores hominum, nempe humiles, & qui prius se sinant capi à Christo, quàm alios capiant; deinde, qui Christi vitam & mores sequantur, contemp-

2.
Cur prædicatio inutilis.

Petrus Christum sequitur
1.

2.

3.

4.

ptis

2.
Homo arbori comparatus.

1.
bona opera necessaria.

4.

ptis hujus mundi retibus, id est, opibus, honoribus, & voluptatibus.

DOM. VII. POST PENT.

De falsis Prophetis. Matt. 7.

PUNCTUM PRIMUM.

1. **Cur mali tolerantur.** 1. **I**esus dixit discipulis, *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt in vestibus ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Considera bonitatem & sapientiam Dei, qui tantum malum, id est, falsos doctores, tot animarum perverfores non permetteret, nisi majus bonum colligeret: ut discas ex quovis malo commodum spirituale colligere. 2. Per falsos prophetas non tantum intelligi hæreticos, & hypocritas, sed omnes qui carnalia & suavia obtrudunt sub specie virtutis, ut est caro nostra, mundus & diabolus: caro enim prædicit te non diu victurum si durè ipsam tractes, sed falso: quia sancti qui jejunia maxima coluere, diutissimè vixere. 3. Intrinsecus illos esse lupos rapaces: quia etiam si extrinsecus ostendant vestem ovilem, id est, promittant incolumitatem corporis, tamen quærunt intus occidere animam.
2. **Qui mali.**
3. **Fraudes malorū.**

PUNCTUM II.

1. **Fructus malorū.** 1. **A** *Fructibus eorum cognoscetis eos. Non potest arbor mala bonos fructus facere, & ideo excidentur, & igne mittentur.* Considera, sicut quales hæ-